

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[100\] : De Oceano](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [100] : De Oceano

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[100\] : De Oceano](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 01 : De Oceano](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[100\] : De l'Océan](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[100\] : De l'Océan](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination302v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Océan](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

De Pelope.

VOLVPTATVM naturam periculis & calamitatibus plenam exprimentes antiqui Pelopem cum Hippodamia de nuptiis curruli corfu certantem introducere, ita tamen vt si vinceretur, vltimo afficeretur supplicio. Quod tamen certamen ad vniuersam mortalium vitam miseriarum, contentionum, periculorumque plenissimam potest referri. nam eximia quadam fortitudine & sapientia opus est ad deuictandas tot misérias, quæ vitam mortalium circumstant, aut ad tot difficultates fortiter sustinendas; quas nisi vincamus, nos ab illis vinci omnino necesse est.

De Persee.

CVM vellent demonstrare antiqui quanta vis esset auaritiæ, nullumq; locum esse satis munitum aduersus largitiones, aurum de cælo in gremium Danaei ad illam contra instituta patris vitandam sinxerunt. Hæc Perseum postea peperit, qui Medusam obruncavit, vt diximus, cum ratio sit, quæ omnes illegitimas voluptates infringit. neque tamen illud sine Dei auxilio facit, quia nemo bonus est, nisi Deus illi ad hoc ipsum opus tulerit, cuius semper auxilium est implorandum.

De Oceano.

VBI superioris partis elementorum, ac virtutes solis per fabulas expressissent antiqui, moresque animam hominum optimis pro viribus informassent, & eorum quæ in aere gignuntur naturam declarassent, mox ad aquarum naturam explicandam accesserunt: dixeruntq; oceanum vniuersarum aquarum patrem fuisse ab optimo & sapientissimo opifice Deo creatum, quem è terra vndique iussit recedere. Sic igitur bonitas diuina cuncta commiscens ad ortum excitauit, vt dixerunt sapientes. dictus est pater idem rerum, quod imbres & fluuii ex oceano procreantur, atque ex iis omnia plantarum animaliumque genera. Deinde cum reperta sit nauigatio significarunt in ea opus esse singulari prudentia, quare dixerunt Prometheum amicissimū fuisse Oceani. non enim solum scopuli vitandi sunt, sed tempestates etiam prouidendæ.

De Tritone.

TRITONES vero nulla alia de causa fuerunt introducti ab antiquis, nisi vt demonstrarent nullum locum Deo vacare; sed vbique & præillò esse aduocantibus, & facile de consceleratis pœnas sumere.

De Ino & Palamone.

NEQVE tempestates quidem sine Deorum consilio contingere nauigantibus existimabant, quando Leucotheam sine Ino, quæ aurora est, & Palamonem nauigantium tempestatibus præesse voluerunt. nam cum venti mate inuadant, dicti sunt se in mare præcipitasse. ac Ethicè.

Cum homines adhortarentur ad beneficentiam, Inus exemplum in mediū attulerunt